

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula IV. Totum & partes sunt in codem pradicamento

urn:nbn:de:bsz:31-102400

nes dupliciter considerari: 1. in se, quales erant per naturam ante benedictionem divinam; 2. ut post benedictionem divina supra naturam & miraculosè erant aucti. Si priori modò sumantur, negatur minor: quinque enim panes erant totum respectu illorum fragmentorum, non ut se naturaliter habebant ante benedictionem, sed ut jam per benedictionem miraculosè fuerunt aucti. Si sumantur autem posteriori modò, negatur major: quinque enim panes jam aucti benedictione divinâ, non erant minus quam illa fragmenta, licet minus fuerint, ut ante benedictionem sese habebant.

REGULA IV.

Totum & partes sunt in eodem prædicamentō.

I. Totum est in duplice differentia: quoddam est *ens per se*, ut homo, lapis &c. quoddam est *ens per accidens* aut per aggregacionem. Loquitur Regula de priori genere totius. Illud nimirum & partes ejus eiusdem sunt prædicamenti; quanquam occurrit diversitas in modō. Nam juxta communem sententiam, totum integrale & essentiale sunt per se & directè in prædicamento, partes autem integrales & essentiales physicæ, reductivè tantum. Quantum

QQ 5

ad

ad totum esse entiale logicum, quale speciem respectu generis & differentiarum esse diximus, ipsum & genus eodem modo sunt in praedicamento. Ut homo & animal directè sunt in praedicamento substantiae. Differentia vero indirectè in praedicamento est, quā de re vide alios. Constat autem ex hisce etiam, quid de toto universaliter & partibus subjectivis sit sentiendum. Jam enim diximus, genus & speciem esse eodem modo in praedicamento. Hujusmodi agitur totum, & partes ipsi respondentes, eodem modo in praedicamentis collocantur.

II. Quantum ad posterius totius genus totum, ut totum, non est in praedicamento, sed reducitur ratione parvum ad praedicamentum, & potest constare ex partibus diversorum praedicamentorum. Ita concreta accidentium, ut album, Musica, sunt entia per accidens, & significant quā id, cui accedit, quod est substantia. ut homo, quā id, quod accedit, quod est accidens, ut albedo, Musica, &c. secundūm Aristotelem VII. Metaph. cap. VI. & non sunt in praedicamento (quod testatur Aristoteles III. Top. cum dicit, *justum non esse in genere, sed iustitiam*) nisi reductivè ratione partium: quemadmodum album ratione albedinis ad praedicamentum qua-

lita-

D
litatis
bus ar
Vide F

Qu

Pro
Lib. XI
partes
omini
tes elem
senten
ostend
rituo
rum, e
tes mu
di, qua
iam pa
eunt,
redit
eunt, si
fallū e

Omne
non

DISP. XI. REG. V. & VI. 251
litatis reducitur. Idem dicendum de rebus artificialibus ut statuā, mensā, &c.
Vide Fonsecam V. Metaph. c. VII. q. V.

REGULA V.

*Quicquid est pars partis, est quoque
pars totius.*

Proclus, ut videre est apud Pererium Lib. XV. cap. VIII. videtur asserere, omnes partes mundi esse aeternas, concedens nihilominus, clementia esse partes mundi, & partes elementorum esse interitus obnoxias. Hanc sententiam esse absurdam, ex hac Regulâ ostendi potest. Si enim aliqua, quæ interitui obnoxia sunt, sunt partes elementorum, etiam aliqua, quæ intereunt, sunt partes mundi: quia elementa sunt partes mundi, quæ autem sunt partes partium, sunt etiam partes totius. At aliqua, quæ intereunt, sunt partes elementorum, uti concedit Proclus. E. etiam aliqua, quæ intereunt, sunt partes mundi: & per consequens, fallit est, omnes mundi partes esse aeternas.

REGULA VI.

*Omne totum aliquo modō multum est, &
non unum. Scaliger Exerc. LXV.*

Sect. II.

REGUL